



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor invariabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

& auget vires animæ. *Cum infirmor, potens sum.* dicebat Apostolus. *Cum debilitatur caro sub pondere laborum, spiritus accipit robur à virtute amoris.* *Et verus Amor, Sanctus ac divinus Amor facit magis sum quodammodo corpus ad labores corporales. Et magis vegetus erit spiritus ad spirituales? quia magis in amando?*

Vellem totus cor esse, ut possem totus amare: Velle enim, ut cor meum, quemadmodum semper movetur, ut vitam det corpori, sic etiam semper amaret, ut vitam ferat ac servet vitam animæ.

Sol non sentit fatigationem dum lucet: neque dum calefacit. Talis est anima, libera a viliis terrenis, renititur amori, sed facilis ac dulcis est ei, & quærens quietem. Labor est non amare: fatigatio est otiositas, ac paradisi somnus amare, semper, sine intermissione amare.

## CONSIDERATIO XV.

AMOR DEI,

*Amor invariabilis.*

**N**on variatur Amor, quia non mutatur obiectum, quod amat. *Amor enim vehemens, aut diligens non potest non videre quem amat.* Nam utitur *pro speculo*, Deum suum representantibus. *Ubi Sanctus in sapientia manet, sicut Sol: Stultus, ubi mutatur.* *Ecccl 27.* & qui perfecte amat Deum, semper est immutatus & fixus, ut Sol in sua luce: amator mundi semper mutatur, ut luna in suo splendore.

Quid cogitari dignius, vel utilius potest, quam subjectum esse inconstantæ mundi, & vicissitudinum turbarum: inter res mutabiles non mutari: sed eodem statu consistere, constantem in cogitatione

stantem in affectibus: perseverare semper in uno solo  
 Amore Divini, & æternæ gloriæ?  
 humanum, in desiderio æternitatis non fixum, stabili-  
 non potest ait S. Augustinus. Vis esse stabilis? Firma  
 mentum tuum, ne desideres, quidquid vehit in men-  
 totum desiderium tuum sit Deus solus. Dic cum  
 completa, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum!

## CONSIDERATIO XVI.

### AMOR DEI,

#### *Amor insatiabilis.*

Qui fame uteretur pro cibo, quo plus manducaret,  
 eo magis esuriret. Talis est Amor Dei, simul cibus  
 & carnis anima, ait Bernardinus. Cibus, quia nutrit:  
 quia facit ore in. Qui edunt me, esurient. Eccl. 24.  
 quia quidem esurient, ut in hac vita satiati non possint,  
 sed quantum in altera.

Ratio hujus quæritur, in promptu est. Nam ob-  
 jectum amoris est Deus, in infinitum semper magis ama-  
 bilis. Nunquam ergo satiatur amor amando, desiderat  
 semper magis amare; quia videt suum dilectum semper  
 magis amabilem. Et quid esset stilla nostri amoris,  
 comparata immenso Oceano Bonitatis, & Pulchritu-  
 dinis Dei: Ecce vim Sancti Amoris: reddit animam sa-  
 turam, & famelicam: Saturam creaturarum, famelicam  
 Creatoris: Saturam terræ, & famelicam Dei, ac rerum  
 æternarum in celo.

Et tu tamen anima mea, ad amandum tam pigra es!  
 amo, amo amorem amo esuriam, amo desiderium,  
 & famelicam. Igitur amando crescis in amore, nec in  
 amando subistis, semper satuta, semper famelica;  
 satuta illius, quod habes, famelica ejus,  
 quod non habes.

G

CON-